



This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

- + *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
- + *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
- + *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
- + *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at <http://books.google.com/>


Owens, Phaedra Grammatici

888
E 23
T 23

A 469831

DUPL





E 23

66

EPAPHRODITI GRAMMATICI

QVAE SVPERSVNT.

DISSERTATIO PHILOLOGICA

QVAM

AD SVMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AVCTORITATE AMPLISSIMI PHILOSOPHORVM ORDINIS

IN

VNIVERSITATE FRIDERICIA GVILELMIA RHENANA
RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

ET VNA CVM SENTENTIIS CONTROVERSIS
DIE XXVI. MENSIS IVLII ANNI MDCCCLXVI

PVBLICE DEFENDET

ERNESTVS LVENZNER

COLONIENSIS.

ADVERSARIORVM PARTES SVSCIPIENT:

DR. ERNESTVS WEYHE
GERHARDVS EICHHORN
CVRTIVS SCHROEDER.

BONNAE

TYPIS CAROLI GEORGII

MDCCCLXVI.

PATRI SACRVM.

158424



I.

De Epaphroditii grammatici vita.

De vita Epaphroditii grammatici quidquid scimus, a Suida uno repetendum est, qui haec tradidit (vol. I. p. 360 sq.): Ἐπαφρόδιτος Χαιρωνεὺς γραμματικός, Ἀρχίου τοῦ Ἀλεξανδρέως γραμματικοῦ θρησπός, παρ' ὃ παιδεύθεις ὡνήθη ὑπὸ Μοδέστου, ἐπύρχον Αἰγύπτου, καὶ παιδεύσας τὸν γιὸν αὐτοῦ Πετηλένον (sic ΑΒΥ, Πετωλένον Ε, Πιτηλένον Kust.) ἐν Ῥώμῃ διέπρεψεν (διέτριψεν conj. Westerm. Βιογρ. p. 367) ἐπὶ Νέρωνος καὶ μέχρι Νέρβα, καθ' ὃν χρόνον καὶ Πτολεμαῖος ὁ Ἡφαιστίωνος ἦν καὶ ἄλλοι συχροὶ τῶν ὀνομαστῶν ἐν παιδείᾳ. ὡνοίμενος δὲ ἀεὶ βιβλία (leg. βιβλίων)¹⁾ ἐκτήσατο μυριάδας τρεῖς καὶ τούτων σπουδαίων καὶ ἀνακέχωρηκότων. τὸ δὲ σῶμα ἦν μέγις τε καὶ μέλας ὡς ἔλεφαντιώδης. ὥκει τε ἐν τοῖς καλογρένοις Φαινιανοκορίοις (Φαινεακορίοις ΒΕ) δύο οἰκίας αὐτόθι κτησάμενος. ο' δὲ (δὲ om. ΒΕ) καὶ ἐ ἔτος ἄγων ἐτελείησεν ὑδέρῳ περιπεσών. συγγράμματα δὲ κατέλιπεν ἵκανά. Neque dissentit Eudocia (p. 168), quae paucissimis verbis de vita nostri agit, scripta autem non-

1) Sic puto legendum esse propter quae sequuntur verba καὶ τούτων — ἀνακέχωρηκότων. Ubi hic locus repetitur (s. v. ἀνακέχωρηκότων), Bernh. βιβλίων ex cod. A restituuit: ἀνακέχωρηκότων · ὅ δὲ ἐκτήσατο βιβλίων μυριάδας τρεῖς καὶ τούτων σπουδαίων καὶ ἀνακέχωρηκότων ἀντὶ τοῦ ἐποκρύφων. (λέγει δὲ περὶ Ἐπαφροδίτου τοῦ Χαιρωνέως).

nulla enumerat: Ἐπαφρόδιτος Χαιρωνεὺς γραμματικός, Θρεπτὸς Ἀρχίον τοῦ Ἀλεξάνδρου (leg. Ἀλεξανδρέως) γραμματικοῦ, ἐπὶ Νέρωνος. ἔγραψε περὶ γραμματικῆς κάλλιστα. καὶ εἰς Ὁμηρον καὶ Πίνδαρον ἔξηγησιν.

Singula priusquam accuratius ac cum iudicio contem-
plemur, pauca dicenda videntur, quam his testimoniis fidem
atribuamus. Hesychium Milesium in literis Graecis unicum
fere Suidae auctorem esse post Schneiderum C. Wachsmuthius 'de Suidae in scriptorum Gr. vitis fontibus' suo
iure docuit. Idem Wachsmuthius intelligens haud vulga-
rem doctrinam, quam narrationes de vitis servorum liber-
torumve in literis clarorum prae se ferant, peculiarem
quendam et optimum auctorem vindicare probabiliter
demonstravit plerasque eas ex Hermippi Berytii opusculo
περὶ τῶν διαπορεψάντων ἐν παιδείᾳ δούλων Hesychium
hausisse. Ex hoc igitur fonte etiam de Epaphroditu vita
narratio fluxit. Hermippus autem, qui Traiano et Hadriano
imperatoribus floruit, tales singulas res, quales Suidas
tradidit, imprimis de corporis habitu, tum scire poterat.
Ex Suida exscripsit quae de vita habet Eudocia. Qua
sequuntur verba ἔγραψε-ἔξηγησιν Eudociae sunt ipsius, sive
libros illos apud alios auctores (commentarios Homericos
apud Eustathium fortasse) commemoratos invenerat, sive
quod mihi minus verisimile est, ipsi illi etiamtum cogni-
erant.

Singula nunc videamus. Chaeroneae igitur natus
Epaphroditus ac quo quidem anno, satis accurate defini-
potest. Cum enim septuaginta quinque annos natum Ne-
imperante eum mortuum esse constet, sequitur, ut ne-
ante a. u. 774 (21 p. Ch.) neque post a. u. 776 (23 p.
ortus esse possit. Neque errabimus nono imperii
Tiberii a. u. 775 (22 p. Ch.) natum eum esse statu-
Liber natus educatus tamen est in servitute. Ορ
enim i. e. alumnum Archiae grammatici Suidas eun-
pellat. Cuius vocabuli quae sit vis egregie doc-

Schmidtius (Didym. frgm. p. 7) ¹⁾. Θρεπτοὶ enim ii dicebantur ‘qui liberi nati, expositi, deinde sublati a quibusdam et in servitute educati sunt’. Quodsi Epaphroditum infantem Archias grammaticus sustulit, sublatum educavit, per hunc illius amor grammaticorum studiorum incensus atque altus est. Pro Ἀρχίτονος coniicit Ἀρχιβίον Bernh. ad Suid. l. c., laudatus a C. Wachsmuthio, ‘quod Archias grammaticus ignoretur, Archibius autem Alexandrinus teste Suida (s. v.) scripserit τῶν Καλλιμάχου ἐπιγραμμάτων ἔξηγησιν similiter atque Epaphroditus ὑπόμνημα τῶν Καλλιμάχου Αἰτίων’. Neque vero Archias grammaticus ignoratur, qui apud lexicographos hic illic occurrit ²⁾. Atque quod Archibius Callimachi epigrammata commentariis illustraverit, Αἴτια Epaphroditus, ea de causa Archibium potius, quam

1) Iis, quos attulit θρεπτούς M. Schmidtius l. l. p. 7 et praef. p. IX. adde M. Antonium Gniphonem, ‘ingenuum in Gallia natum, sed expositum a nutritore suo manumissum institutumque (Alexandriae quidem etc.) teste eodem Suetonio l. l. c. 7.

2) Locū, in quos incidi, hi sunt: Apoll. Lēx. Hom. s. v. ὑβράλλειν (p. 156, 23 ed. Bekk.) (allatis versibus Iiad. T 79 sq. et 77): ὁ μὲν Ἀρχίτονος ἀκούει κυριας καθήμενον καὶ μὴ ἀνιστάμενον μηδὲ προσειληθότα, οἱ δὲ περὶ τὸν Σιδώνιον ἐστῶτα μὲν λέγουσι τὸν Ἀγαμέμνονα παρὰ τῇ καθέδρῃ, οὐδὲ ἐν μέσοις ἐστῶτα. καὶ κατὰ μὲν Ἀρχίτονον ἡ διάνοια ταῦτη. ἐστῶτος μὲν καλόν ἐστιν ἀκούειν, οὐδὲ κοικεν ὑβράλλειν ἐτέρῳ· καλεπόν γὰρ τοῦτο καὶ τῷ ἐπιστήμονι λόγων. ‘ἀνδρῶν δ’ ἐν πολλῷ ὅμαδῷ πᾶς κέν τις ἀκούσαι (T 81) τοῦ ἐτέρου ὑβραλλομένον; ὕστε τὸ ὑβράλλειν ἀπὸ τοῦ ὑποβάλλειν. Vide, quam sit secutus praeceptorem suum Epaphroditus in frg. 43. — Hesych. I. p. 805 ed. Schm. Ψαυστά, ψαυστὰ Ἀρχίτονος. — Cram. Anecd. Gr. Par. IV. p. 179, 29: Ἀργειφόνφης (leg. Ἀργειφόντης). παρὰ τὸ ἐναργεῖς φαντασίας, ᾧς φασιν Ἀλεξίων, Ἀρχίτονος καὶ Ἀριστοφάχος. cf. p. 61, 1 ubi eadem nomina sub eadem voce proferuntur. — Cram. l. l. p. 193, 15 Φειδύλος: Οὐτως καὶ Ἀρχίτονος καὶ Φιλόξενος καὶ Ἀπολλώνιος. Ἀλεξίων δὲ διὰ τοῦτο ἐπεὶ ὄνοματικόν. — Idem erat fortasse, cuius epigrammata quaedam inter ea, quae in Anthologia Archiae nomen profitentur, aetatem tulerunt, quorum unum inscribitur Ἀρχίτονος γραμματικοῦ. cf. Iacobs. Anthol. Gr. t. XIII. p. 858.

Archiam ut educatorem ac magistrum Epaphroditii agnoscere iniquum esse mihi videtur. Archiam verisimile est aequalem fuisse Apollonii Sophistae vel haud multum antea vixisse.

Ab hoc igitur Archia institutus atque enutritus est noster Epaphroditus neque improbabile est statim parvulum Alexandriam sedem ac magistram studiorum eum habuisse. Itaque quamquam in servili conditione erat, tantam tamen doctrinam atque eruditionem sibi comparavit, ut Modesti, praefecti Aegypti, animum in se converteret, qui eum emit, quo Petelini filii educatore uteretur. Neque de patre Modesto neque de Petelino filio quidquam est cognitum, nisi quod illi plenum Marci Mettii Modesti nomen fuisse infra videbimus.

Quamdiu in hac servili conditione fuerit et Romam quando venerit, ex Suidae verbis non elucet. Id unum tantummodo nostro iure suspicari possumus eum Modestum Romanum decadentem secutum esse ibique libertatem accepisse. Itaque priusquam Romanum venit, Alexandriae scholam non habuit neque in Museo neque aliam privatam, id quod censet Matterus, qui eum in numero eorum refert, qui Alexandriae docuerint¹⁾). Illis igitur temporibus noster grammaticus floruit, quibus cum multi et docti Graeci tum Heraclides Ponticus, Archibius Ptolemaei filius grammatici in hac urbe docuerunt et floruerunt. Cum Ptolemaeum quoque Hephaestionis eodem tempore Romae fuisse Suidas dicit, id quidem ita definiendum est ut vixerit illo tempore, non docuerit. Cum enim Traiano et Hadriano imperatoribus Ptolemaeum floruisse et aliis et ipso Suida (s. v. Πτολεμαῖος) auctore constet, efficitur iuvenem eum fuisse Epaphroditio sene. Ut iuventus Ptolemaei in aetatem Epaphroditii incidit, ita Heraclidis Pontici senectus, quem Claudii et Neronis temporibus Romae scholae praefuisse

1) Histoire de l'école d'Alexandrie t. I. p. 272 et 279.

Suidas s. v. tradidit, et quem alio loco (s. v. Ἀντέρως) Apollonii Anterotis, qui Claudio imperante floruerit, dicit aequalem. Praeter hos istis temporibus multos Romae fuisse grammaticos iam monitum est. Nostrum autem inter vulgares grammaticos non esse referendum, sed fama atque auctoritate multos eorum superasse et aequalium comparatio confirmat et qui posteriores in scriptis eo usi sunt teste docent. De his et commentatoribus et lexicographis, qui doctrinam eius laudant, infra dicendum est. Apud aequales autem quanta fuerit eius auctoritas, ex eo imprimis perspicitur, quod is, qui servus Romam venerat, brevi tempore summas sibi opes docendo comparavit. Quibus divitiis ad augendam atque amplificandam bibliothecam suam usus paullatim triginta milia voluminum atque eorum — ut Suidas addit — bonorum minimeque vulgarium collegit. Qui ingens librorum numerus¹⁾ ei minus mirus videbitur, qui meminerit, quod de singulis apud veteres voluminibus disputavit Ritschelius Alex. Bibl. p. 130 sqq. (quocum cf. p. 32 sq.).

De reliqua grammatici nostri vita haud multum est traditum. Semper Romae eum fuisse ibique commentarios snos aliaque scripta composuisse statuendum est. Habitavit binis aedibus emptis in regione quadam, quae dicebatur Phaenianocorii (*Φαινιανοχώριοι*), quod vocabulum, si Bernhardy whole (ad Suid. l. l.) sequimur, ‘stationem pellionum vel sarcinatorum significare videtur, quam Graece dixeris φαινολοχόρια, hoc est vicum eorum opificum, qui paenulas appararent aut crearent’. Obiit annum septuagesimum quintum agens morbo aquae intercutis anno post Ch. n. nonagesimo septimo (a. u. 850).

Corpo — id quoque Suidas addit — magno fuit ac

1) Eundem voluminum numerum Tyrannioni Suidas (s. v.) attribuit. Sed de huius bibliotheca aliter iudicandum est, de qua re vide Bernh. ad h. l. p. 1245.

nigro instar elephanti. Extat hodieque eius imago. Statua enim parva marmorea conspicitur in villa Romana principis Altieri, quae barbatum virum sedentem ac volumen manibus tenentem monstrat, in cuius basi haec inscriptio legitur:

MMETTIVS
EPAPHRODITVS
GRAMMATICVS GRAECVS
MMETTIVSGERMANVSLFEC.

Fulvius Ursinus primus illam exhibuit inter Imagines (part. 2. n. 91), unde eam repetivit Gronovius in thes. antiqu. Gr. t. III bbbb. Tum Viscontius (Iconogr. Greque, tab. XXXI, n. 1 et 2). Quod Ursinus pro certo affirmare dubitavit, id Viscontius (I. p. 264 ed. 4) haud dubium reliquit: eum, qui statua illa expressus sit et Epaphroditum nostrum Chaeronensem unum atque eundem esse. Modesto enim, praefecto Aegypti, a quo noster manumissus est, plenum atque integrum nomen Marcum Mettium Modestum fuisse verisimile est, quod et Marcus prænomen in Mettiorum familia usitatum erat nec Modestus cognomen ab eadem alienum, ut plenum hoc nomen M. Mettius Modestus ex illius fere temporis inscriptione quadam prodit. Iam quoniam Romae libertus retento nomine servili prænomen et nomen domini manumittentis accipiebat, grammaticum nostrum nomina M. Mettium Epaphroditum sumpsisse statuendum est. ‘Puis donc’ — conclut Viscontius argumentationem suam — ‘qu'il y avait à cette époque un Romain appellé M. Mettius Modestus, puisque Epaphrorite Chéronéen était grammairien grec et affranchi d'un Modestus, puisqu'un grammairien grec dans un monument authentique porte les trois noms de Marcus Mettius Epaphroditus, combien n'est-il pas probable, que le gouverneur de l'Egypte s'appelait M. Mettius Modestus et que le grammairien dont parle Suidas était le Marcus Mettius Epaphroditus de la statue?’ Accedit, quod alterius gram-

matici Epaphroditii nullum invenitur vestigium, nostri autem auctoritas Romae tanta erat, ut, quod statua illa honoratus sit, non sit nobis mirandum.

Huic igitur statuae non repugnat Viscontio teste¹⁾), quod Suidas de Epaphroditii habitu tradidit, quantum quidem in sculpturae opere cognosci possit. Barbatus quod fictus sit, non est cur offendamus, quia iam Neronis tempore etiam inter Romanos erant, qui barbam promitterent, de qua re vide O. Iahn. ad Pers. IV, 36 et praef. p. XLIV, Graeci autem imprimis philosophi et docti viri, etiamsi Romae commorabantur, omnibus fere temporibus barbam alere solebant.

1) 'On ne peut' — inquit — 'guere reconnaître ces qualités dans un portrait en sculpture; mais le cheveux, naturellement frisés et presque hérisses dans un âge mûr, comme le sont ceux de cette tête, supposent assez généralement un teint brun et basané.'

II.

De scriptis Epaphrodoti.

Literas, quibus ut vidimus Alexandriae Epaphroditus instructus erat, Romae, ubi una cum eo complures grammatici celebritatem atque auctoritatem docendo sibi comparare studebant, strenue colere non desiit. Per multos enim libros et ipse scripsit et ad augendam doctrinam suam atque eruditionem acquisivit. Itaque haud exiguam sibi paravit gloriam et scripta eius saepe a posterioribus ut fontes uberrimi adhibebantur. Nobis autem notitia ciuius librorum fere omnis ex paucis fragmentis, interdum etiam ex titulis eorum petenda est. Ex his igitur indiciis, quantum fieri potest, quales libri illi fuisse videantur, colligere conabimur.

1. *Aē̄gēiç.*

Ac primum quidem *Aē̄gēiç* Epaphroditum scripsisse constat ex Schol. Arist. Equit. v. 1158. Vesp. v. 352. Qui liber quamquam simpliciter lexeon titulo laudatur, qualis fuerit, cognoscere tamen licet. Cum eas glossas perlustramus haud paucas, quibus in Etymologicis et Magno et Gudiano, quae lexica Epaphrodoti lexico locupletata sunt, huius nomen libri tamen titulo omissio appositum est nullas alias, quam poetarum comicorum et epicorum voce videtur tractasse. Uno autem volumine et comedicas e epicas glossas grammaticum nostrum complexum esse cun-

per se probabile non est tum illa aetate, qua singulis libris unius scriptorum poetarumve generis vel unius certi cuiusdam scriptoris poetaeve glossas explicare grammatici solebant, inauditum. Itaque praesertim cum tragicarum glossarum ab eo tractatarum ne alibi quidem ullum inventiamus vestigium¹⁾), epicae autem illae vel potius Homericæ — ad Homerum enim fere unum reliquæ pertinent — commentariis Homericis facile dispartiendæ sint, probabiliter coniicere licet plenum atque integrum indicem libri ab Epaphrodito compositi fuisse Λέξεις καμικάς. Cui sententiae nudus ille a scholiasta Aristophaneo citatus titulus non obstat. Nam, ne huic rei magnam tribuam vim, quod comicæ poetae scholiasta in comico lexico commemorando simplicem lexici inscriptionem facile adhibere poterat: saepe huiusmodi scriptorum indices mutilati sunt, cuius rei si quis exemplum cupiat, meminerit Harpocrationis lexicon inscriptum esse in codicibus nunc Λέξεις τῶν δέκα ρητόρων nunc περὶ τῶν λέξεων βιβλίον.

Hunc Epaphroditum librum literarum ordine dispositum fuisse colligo ex loco Schol. Theocr. (I, 115. vid. Fragm. 1), ubi ad vocem Ἀρέθονσαν laudatur Ἐπαφρόδιτος ἐν τῷ περὶ στοιχείων. Quem titulum ut totum locum mutilatum esse iam Duebnerus vedit, qui ad h. l. ita: ‘Epaphroditum de ea re dixisse probabile est in ὑπομνήματι τῆς Ὁδυσσείας,

1) Lapsum enim esse I. Richterum (de Aesch. Soph Eurip. interpp. Gr. p. 93), qui glossa illa Suidæ (II, 1. p. 83) ‘κάρτα ἐπαιρόδιτος’ cum sequenti ‘κάρτα· ἐκ τῶν Σοφοκλέους· Άλας φησὶν πρὸς τὸ ιδιον τέκνον. τὸ μὴ φρονεῖν γὰρ κάρτ’ ἀνάδυνον κακόν’ ita coniuncta: ‘Κάρτα· ἐκ τῶν Σοφοκλέους. καὶ Ἐπαιρόδιτος· Άλας φησὶν κ. τ. λ.’ Sophocleas quoque glossas Epaphroditum tractasse affirmaverit, iam Schneidewinus (in Jahn. Jahrb. f. Phil. u. Paedag. LXVII, 5. p. 509), post eum M. Schmidt. (Did. frg. p. 29 not.) docuerunt. Itaque simul G. Wolfii conjectura refutata est, qui (‘de Soph. scholior. Laurent. variis fontib.’ p. 25 sq.) Richteri tantum conjectura nisus de nostro Epaphroditoto ut altero scholiastarum antiquorum Sophoclis cogitat.

videndum tamen fueritne pars eius *Αἰξεων* caput περὶ στοιχείων, de elementis'. Multo verisimilius videbatur Ahrensi operis titulum corruptum esse ex ἐν τῷ περὶ λέξεων κατὰ στοιχεῖον. Recte quidem ut mihi videtur. Nam si ex Epaphrodit in Odysseam commentario locus ille transscriptus esset, unde hic titulus? Neque magis perspicere potest, quomodo περὶ στοιχείων egerit capite quodam lexici sui, quod minime tamquam Onomasticon rerum distributionem quandam secutum est. Itaque hanc Ahrensii coniecturam satis probo, quae quidem iis quoque confirmatur, quae Etym. magn. p. 138, 18 s. v. *Ἀρέθονσα* (vid. frg. 1) tradidit, cuius loci facies talis est, ut ex Epaphroditis lexico eum fluxisse persuasum habeam.

Scripsit igitur Epaphroditus *Αἰξεις κωμικὰς κατὰ στοιχεῖον*. Cuius scripti glossae praeter eas quas scholiastae Aristoph. et Theocr. laudant solis in Etymologicis et Magno et Gudiano extant, una etiam in Orionis etymologico (frg. 14). Haec est causa, cur nihil captasse videatur nisi nugas etymologicas. Quamquam enim huic rei, ut illis temporibus grammatici solebant, minime diffiteor permultam eum operam navasse, lexicorum tamen etymologicorum auctores, cum ad scribenda eiusmodi opera complures grammaticos libros compilarent neglectis reliquis sola ea, quae ad etymologica pertinerent, delegerunt¹⁾. Accedit, quod Etymologicorum auctores vel, ut accuratius dicam, auctor eius Etymologici, ex quo et Magnum et Gudianum fluxerunt, ipse nostrum non videtur usurpare, sed ex Oro demum Milesio cognosse, cuius scripta in etymologica illa recepta esse constat²⁾. Quod ita esse ex fragmentis 12 et 13 intelligimus, ubi Epaphrodit expllicationibus adiectum est Ori nomen, illi simpliciter Ωρος,

1) cf. Lehrs. de Arist. stud. Hom. p. 4.

2) Ritschel. de Oro et Orione comment. Vratisl. 1834. cf. Kleist de Philoxen. stud. etym. Gryphisw. 1865.

huic ὡς λέγει Ωρος. Aliis quoque nostri grammatici scriptis Orum usum esse et inde paucas eorum in etymologicis asservatas explicationes haustas esse exemplum habemus luculentissimum in vocis ἀπότροτος explicatione (frg. 51), ubi in Et. Gud. et Lex. Angel. adscripta sunt haec: οὗτως Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει (sic) ἀσπίδος Ἡσιόδος, in magno autem etym. his ipsis verbis omissis nunc legitur οὗτως Ωρος. Unde colligere licet in multis Et. magni notationibus, quae nunc Ori nomen prae se ferant, Epaphroditii doctrinam latere, quae quidem latebit, nisi forte ad hanc aperiendam aliunde subsidia, quibus nunc caremus, accedent.

Ad hoc lexicon componendum fonte utebatur uberrimo Didymo, id quod praeter fragm. 12 etiam vocis ἀσκωλιδζειν notatio (fragm. 6) luculenter nos docet. Quae enim verba κυρίως γὰρ ἀσκωλιδζειν λέγεται τὸ ἐπὶ ἀσκῶν ἄλλεσθαι ex Epaphroditii lexico desumpsit Orus, ex Oro etymol. mg., eadem scholiasta Aristoph. (Plut. v. 1129) ut a Didymo profecta affert nonnullis amplificata: κυρίως δὲ ἀσκωλιδζειν ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν ἄλλεσθαι ἐνεκα τοῦ γελωτοποιεῖν. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐπίθεντο ἀσκούς πεφυσημένους καὶ ἀλητιμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ὠλίσθανον καθάπερ Εἴβοντος ἐν Δαμακείᾳ φησὶν οὗτως.

— καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν ἐς μέσον
καταθέντες εἰσάλλεσθαι καὶ καγχάζετε.

ἐπὶ τοῖς καταρρέονσιν ἀπὸ κελεύσματος.

οὗτος καὶ Λίδνυμος. Fontem suum quin maximam quidem partem ut in vocis κάνναθρον notatione Epaphroditus nominaverit, non est cur dubitaverim, sed saepe Orus, saepius fortasse etymologus unum auctorem apposuisse satis duxerunt ac plurimum quidem Didymi ut maioris auctoris nomen solum adiecerunt.

Ex hoc igitur libro fluxerunt ut puto hae glossae: Ἀρέθανσα, ἀρέαβων, ἀρσην, ἀσελγαινειν, ἀσκαλαβώτης, ἀσκωλιάζειν, ἀσπάλιαθος, βάκηλος, βαλανεῖον, δείκειον,

χάραθρον, κέλης, πέπλος, χοιρίναι: quae quidem omnes sese habent, ut a socco eas non abhorrere facile sibi que persuadeat.

2. Commentarii.

Hypomnemata in Homerum.

Secundo loco ponimus commentarios in Homerū *ὑπόμνημα τῆς Ἰλιάδος* et *ὑπόμνημα τῆς Ὀδυσσείας*. Q libros rhapsodiarum numero respondisse easque comprehendendisse¹⁾ ex eorum indicibus colligo: Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήματι Φ Ἰλιάδος (frg. 32), Ἐπαφρόδιτος ἐν τῇ τῆς Ἰλιάδος (frg. 39), Ἐπ. ἐν ὑπομνήματι ζ (ξ) Ὀδυσσείας (frg. 48), Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει vel ὑπομνήματι²⁾ κεφάλαιον ξ Ὀδυσσείας (frg. 47), Ἐπ. ἐν ὑπομνήματι τῆς Ὀδυσσείας (frg. 46). Quorum librorum quae fragmenta apud lexicographos, scholiastas, Eustathium extant, docent non solum de verborum significationibus formis definiendis, de rebus mythicis geographicisque copiæ egisse, sed etiam Homeri cogitandi dicendique suetudinem diligenter observasse. Quibus in rebus interdum sensu absurdum nec semper felicissimum deprehendimus, tamen ea de causa omnem laudem commentatistis denegare est iniquissimum, quandoquidem nihil peccaverit nisi quod vel doctissimus illius aetatis grammaticus saepissime commiserit. Etiam arti criticae operum navasse documento est fragm. 25. Multus viduisse in rebus geographicis, id quod et ex schol. H et ex Stephano Byz. videmus. Quae enim scripta Stephanus Byzant. Ὄμηρικά nominat, nulla alia sunt, quæ commentarii Homerici. Non dubito, quin Stephanus

1) Ut Heracleon scripsit Suida teste *ὑπόμνημα εἰς Ὄμηρον φαψφρόδιτον*.

2) De vocibus *ὑπόμνημα* et *ὑπόμνησις* saepè confusis vid. in Comment. Palaeogr. p. 822 sq. ed. Schaeff.

maximam quidem partem plenos eius librorum titulos attulerit — cui rei documento esse potest integrum Stephani de Dodona fragmentum (vid. frg. 39 et 55) — epitomator autem brevitatis causa cum titulos decurtaverit eosque interdum una cum auctorum nominibus plane omisserit tum Epaphroditu in Iliadem et Odysseam hypomenata breviter dixerit ‘Ομηρικά¹⁾. Copiarum geographicarum coacervandarum occasionem imprimis secunda Ilias rhapsodia obtulit, quam ob rem hanc potissimum commentariorum eius partem a Stephano compilatam videntur. Huc enim retuli notationes hasce: Βῆσσα, Δουλίχιον, Δώριον, Εὔτρησις, Ἐφύρα, Θίσβη, Κῶπαι, Λάμψακος, (s. Πιτίεια), Νάρακος; eodem fortasse spectant Δρυόπη, Όλμιον, Σαμάρεια, Χρυσαορίς (s. Καρία).

In his quoque commentariis Didymo, ‘ex cuius auctoritate fere pepererunt, quicunque et in lexicis componendis et in commentariis perscribendis illa aetate operam suam collocarunt’, fonte usum esse uberrimo, licet nomen illius in his fragmentis non inveniatur, quis hoc non concesserit? Praeterea ne multus sim de Aristarcho, quem quam sit secuta tota doctrina nostri, reliquiae ipsae docent: Clitarchum usurpavit Aeginetam lexicographum, qui Γλώσσας sive περὶ γλωσσῶν πραγματείαν scripsit²⁾, qui liber hic illic ad partes vocatur ab Athenaeo. Laudat eum noster in frgm. 32. Neque Heracleonis neglexit commentarium Homericum, Heracleonis Aegyptii, Glauconis vel Glauci filii³⁾, cuius commentarium commemorant scholiasta Homericus Eustathius Stepanus Byzantius; semel etiam ab

1) Aliter Gronovius ad Steph. Byz. s. v. Αωδώνη.

2) Fragmenta Clitarchi collegit C. Muellerus (Script. rerum Alex. magni p. 74 not.), qui recte eum distinxit ab historico Clitarcho, Alexandri Magni comite, male autem ‘Epaphroditu iuniorem’ dicit, nisi hic est lapsus calami. Aliter Graefenh. l. l. I. p. 532.

3) De Heracleone vid. Meier. Opusc. II. p. 27. not. 100. Beccard. de schol. in Hom. Iliad. Venet. p. 76.

Oro (ap. et. m. p. 702, 10)¹⁾ ad partes vocatur fide fortasse Epaphrodit.

Hypomnema in Hesiodi Scutum Herculis.

Huius libri duo tantum fragmenta aetatem tulerunt laudata ab etym. Gund. et Ms. Parisino et iam a Ruhnkenio recto ad v. 801 et 431 relata. In scholiis nostris, quippe quae satis recentibus temporibus originem suam debeant, nec haec explicaciones nec aliud Epaphroditeae interpretationis vestigium extat. Esset vestigium quoddam, si recte dixisset Heinsius (ad Schol. Scut. v. 224) scholiastam de voce οἰπίσις agentem Ori Milesii auctoritatem sequi. Ita enim, quoniam Orus Epaphrodit in hoc carmen commentarium, ut vidimus, usurpavit, verisimile esset nostro id ipsum vindicandum esse, quod in scholiis illis sine nomine, in etymologicis Ori nomine laudaretur. At lapsus est v. d., nam quae vocis οἰπίσις derivatio (ναγά οἴπος) in Et. m. et Gund. et Zonarae uno consensu Oro adscribitur, ea ipse in scholiis nostris deest. Ita enim legimus apud scholiastam l. c.: 'οὐρὶς δὲ γε οἴπίσις' (sic)²⁾. οἴποτος η νέρην οἴπεις οἴπηται ναγά τὸ ἐπεῖ ξεῖδαι τὴν βόσιν, η ναγά τὸ μετρ τὸ περιεδαι τοι εἶναι, η λεγ. η εἰς τὸ μετρ τοι εἶναι βούτιον οἴπειν, τοπεστι τρέψειν. Etymologica autem Magnum hanc praeberet ip. 512, 49: Λεξιοτός· ναγή τὸ ξεῖδαι τοι τὸ βοῦτιον, ηπειρ τὸ τρέψειν. Οὐαλδὸν δηλούμενον αἱ η οἴπειν τὸ οἴπειν, τοι λέγει Οὐαλδὸν ναγή ταρα τὸ οἴπειν τὸ οἴπειν τὸ τρέψειν. Ende feret Et. m. p. 52, 6. Non sequitur ita Et. m. s. v. οἴπος alia explicatio τοι σχετικη θωδιανη transcripsi-

1) Profundiora, ut etymologica sua auctoritatis, ut nuptie sunt; et rursum, ut Ruhnkenius in etymologicis. I. Lector. 159.

2) Haec rursumdam quoniam sit secundummodum multa in Gund. et in Gund. Scut. p. 224.

est (p. 512, 54): *Κίβισις· Σημαίνει κιβωτὸν ἢ πήραν. Καλλίμαχος*

ἐν γὰρ ἐπιθήσει¹⁾ πάντα ἐμὴ κίβισις (frg. CLXXVII). ‘Εἴρηται δὲ παρὰ τὸ ἐκεῖ κεῖσθαι τὴν βόσιν. ἢ παρὰ τὸ κίειν τὸ πορεύεσθαι καὶ ὅρμαν, ἢ εἰς τὸ κίειν καὶ λέναι βόσιν ἔχονσα, τοντέστι τροφήν’. Καὶ Ἡσίοδος ἐν Ἀοπίδι·

ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέει θυῦμα λέσσθαι.

Quod sequitur hoc non pertinet. Utramque notationem Zonaras (s. v. κιβωτός p. 1210) coniunxit ita: *Κιβωτός. ὥφειλε διὰ τῆς εἰ διφθόγγου, ἐπειδὴ διὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν εἴρηται. ἀλλ’ ἡ παράδοσις τοι εἶχει. καὶ λέγει Ὥρος δὲ Μιλήσιος. ἵσως παρὰ τὸ κίβος γέγονεν, ὃ σημαίνει τὴν τροφήν. καὶ κίβισις ἡ πήρα ἢ ἡ κιβωτός. παρὰ τὸ κεῖσθαι ἐκεῖ τὴν βόσιν, ὃ σημαίνει τὴν τροφήν, ἢ εἰς τὸ κίειν καὶ λέναι βόσιν ἔχοντα. Haec si quis accurate contemplatus inter se contulerit, non dubitabit ut opinor, quin ex diversis fontibus etymologici auctor hauserit, quorum alter scholia Hesiodea alter ex parte Orus, ex parte dico, nam etiam verba παρὰ τὸ κεῖσθαι — τὸ εἶχει Ori esse tamquam alium grammaticum, forte nostrum, refutantis putare cum aliis quos transcripsi loci vetant tum Etymologicorum vulgaris citandi ratio.*

Aliquantisper expatiatus sum in hunc locum, ne quis vestigium quoddam ratus Epaphroditeae interpretationis se deprehendisse alios quoque scholiorum locos temere nostro attribueret. Itaque cum in his scholiis nulla supersint studiorum Hesiodeorum nostri vestigia, ex alio fonte duo illa fragmenta ab etymologo laudata ducta sunt²⁾,

1) εὐ γὰρ ἐπιχήσει suspicatur Ernest.

2) Scholiis enim nullis aliis etymologici auctorem usum esse, quam quae hodieque extant et Tzetzae nomen immerito profitentur, ex eo patet, quod etiam quas in nostris scholiis corruptelas deprehendimus, easdem fere in Et. m. invenimus. cf. Gaisf. Poët. min. Gr. t. III. p. 525 not. Rank. Scut. Herc. p. 302.

quem Orum esse alterum ipsum nomine apposito indicat, alterum, quominus accipiamus, non obstat.

Quaeritur nunc, num alia quoque carmina Hesiodea commentariis noster illustraverit. Ne in his quidem scho-liis partim ex commentariis antiquissimorum grammaticorum ductis vestigium inveni illum. Iuvabit hic Muetzellii (de emendatione Theogon. Hesiod. p. 291) verba transcripsiisse: ‘Contra Hieronymum et Epaphroditum, non ignobilis memoriae grammaticum, quos in Scutum Herculis commentatos esse¹⁾ comperimus ex Etym. Gud. p. 36, 13 sq. p. 69, 46 et Parisino apud Ruhnk. epist. crit. I. p. 104 et Bekk. ad Etym. m. p. 724, ecquis aequali studio Theogoniam pertractasse asseveret, ea fretus ratione, quod Aristarchus, Crates, Seleucus, alii, omnium simul curam suscepserint. De his aliisque rebus similibus, nisi mirum quantum adacta veterum grammaticorum notitia, nihil certi definiri poterit, igitur nunquam fortasse.’

Hypomnema in Callimachi *Aitia*.

Atque etiam *Aitia* Callimachi, opus γυμνάσιον εἰς ἑστίγησιν γραμματικῶν a Clemente Alexandrino (Stromat. V. p. 271) appellatum Epaphroditus ingenii studiorumque suorum sibi sumpsit palaestram. Quo commentario si ex perpaucis quae supersunt horum studiorum speciminibus colligere quidquam licet, non tam difficilia verba et ab usu remota videtur sectatus esse, quam id potius curasse, ut mythologicas res geographicasque indagaret atque exponeret. Quid? Natura ipsa ac ratio carminum illorum

1) De Hieronymo quidem errasse virum doctum puto, cum Hieronymus cum Epaphroditio in fragm. 2 coniunctus alias intelligendus non sit, quam Rhodius ille, philosophus Peripateticus, ex cuius historia (Ιστορικὰ ὑπομνήματα Athen. XIII, 557 E. 604 D. τὰ σποράδην ὑπομνήματα Diog. Laert. I, 26) illud de leonis cauda verisimile est nostrum depropnsisse.

nonne id desiderabat? in quibus poeta, ut satis constat, reconditas saepe fabulas paucissimis verbis attigerat, de multis terris oppidisque egerat, hoc potissimum secundo libro, qui urbium origines, illud quarto, qui sacra publica omnemque deorum cultum pertractavit¹⁾. Neque vero ita sui dissimilis esse poterat, ut etymologicas res, quibus haud parvam in aliis commentariis nostrum operam navasse vidimus, in hoc prorsus negligeret. Cuius rei exempla habes frgm. 53 et 58 atque haec quidem haud minus vilia ac levia, quam plurima huiusmodi ex ceteris eius scriptis deprompta.

Hunc praeter Homericos commentarium Stephanus Byzantius usurpavit, quem affert s. v. Αἰσθάνη (vid. frg. 55). Itaque cum alia nostri scripta a Stephano compilata non videamus, non errabimus, si vocum illarum explicationes, quae in commentariis eius Homericis locum habuisse non

1) Sequor hic Schneiderum (Prolegom. in Callim. *Aitia*. Goth. 1851), quo etiam in disponendis Callimachi fragmentis duce utor. Argumentis, quae v. d. attulit, ut *Aitia* doceret ab Elegiis Callimachi non diversas fuisse, hoc unum addiderim, ex quo id certe appareret compluribus ex. carminibus librum quemque constitisse. In Et. m. p. 160, 32 vocis Ἀστυρον explicationi haec verba apposita sunt: οὗται Θέων ἐν ὑπομνήματι τῶν τοῦ β' αἰτίου. In hoc multi et docti viri offendunt alii ἐν τῷ ὑπομν. τοῦ β' alii alia mutant. Equidem mutandum quidquam esse nego, sed intelligendum τῶν τοῦ β' αἰτίου ποιημάτων s. ἔλεγειῶν. Nam si complura quisque liber carmina comprehendit, recte dici poterat ὑπόμνημα τῶν τοῦ β'. Quocum altera eiusdem Theonis commemoratio consentit (p. 207, 46): Οὗτω Θέων ἐν τοῖς ὑπομνήμασι τοῦ α' αἰτίου Καλλιμάχου, ut certe dici non poterat nisi singuli libri complura carmina continuerunt, quae Theon commentariis illustraverat ita ut quasi complura ὑπομνήματα ad unum librum scripsisset. Priori quoque loco ὑπομνήμασι mutemus necesse non est, cum iidem commentarii ut totum singulari numero ὑπόμνημα dici possint; ita enim Epaphroditī nonnisi ὑπόμνημα citatur.

possunt, ex hoc depromptas pūtamus, dico *Αἰγαστην* et *Αἴδηψον* (fragm. 56 et 57).

Ἐξῆγησις εἰς Πίνδαρον.

Commentarium in Pindarum prescrispsisse Epaphroditum Eudocia l. c. tradidit. Cuius libri neque alibi fit mentio neque fragmenta aetatem tulerunt ne in scholiis quidem nostris Pindaricis; quibus ex iis Pindari commentatoribus, qui post Christi natales vixerunt, aliquid accessit¹⁾. Nihilo magis unde notitiam, qua caret Suidas, hauserit Eudocia, cognosci potest. Neque tamen iis de causis nostro librum illum denegaverim cum multos etiam praeter illos de quibus diximus libros eum composuisse Suidae verba. συγγέμιματα δὲ κατέλιπεν ἵχαρά extra dubitationem ponant. Neque hoc parvi videtur esse momenti, quod Eudocia hunc commentarium una cum Homericis nominat, ex quibus multa et insignia fragmenta hodieque extant.

Restat, ut de aliis duobus commentariis immerito ut puto nostro adscriptis dicam.

Commentarius in Theocritum.

Theocritum commentario ab Epaphroditō illustratum esse ex Etymologici vocis ἀσπάλαθος notatione (frgm. 7) colligit Fritzschius (De poetis Gr. bucol. p. 33). Quod quamquam non est incredibile, omni tamen caret ratione certa. Neque enim quod ad eandem vocem Αἰδηρωτος εἰς τὸν Θεόχριτον laudatur, haec est causa, cur Epaphroditī quoque explicationem, quae cum illa committitur, ex ipsius commentario quodam Theocriteo depromptam putemus. Ita enim saepissime in Etymologico explicationes ex diversis libris desumptae componuntur, cuius rei satis

1) Boeckh. praef. ad schol. Pind. p. XVIII.

cognitae exempla, quamvis permulta possimi, enumerare supersedeo. Neque notatio ipsa, quae ex aliis curusdam grammatici libro transcripta esse potest, ut commentarium Epaphroditii Theocriteum fuisse credas, cogit, sed hanc suam de vocis *ταπάλιθος* origine sententiam multo verisimilius est in lexico illo eum exposuisse. Quid? Vox *τερματογενής* nonne vocare nos videtur ad lexicon illud, in quo origines potissimum vocabulorum sectatum eum esse videmus? Quod si verum est, per Orum ut aliae sic haec explicatio in Etymologica fluxit.

Commentarius in Cratini *Μαλθακούς*.

Denique unde hauserit Graefenhanius (l. l. III. p. 257), quod Epaphroditum affirmat in Cratini *Μαλθακούς* commentatum esse, nescio, cum quem Herodiani locum¹⁾ attulerit, ex eo id colligi non posse nemo non videat. Grammaticos, qui Cratinum commentariis illustraverunt, nullos alias nisi Callistratum Aristophaneum, Asclepiadem Myrleanum, Didimum Chalcenterum cognovimus.

3. Opuscula grammatica.

Eudocia l. l. haec tradidit: ἐγραψε περὶ γραμματικῆς κάλλιστα. Quibus verbis non indicem certi scripti grammatici significari, sed Eudociae ipsius vel auctoris, quem secuta sit, de libro vel si mavis de libris quibusdam grammaticis iudicium, quorum singulas inscriptiones aut ignoret aut enumerare supersedeat, facile quisque concedat. Itaque hoc tantummodo ex loco quem dixi concludere licet etiam eorum studiorum fructus, quae ad artem grammaticam pertinuerint, peculiaribus opusculis mandasse Epaphroditum. His autem libris quae argumenta persecutus sit,

1) Herodian. περὶ μον. λεξ. p. 39, 25 Dind.: Εἰσὶ μέντοι οἱ καὶ διὰ τοῦ γράφουσιν ἐν τισιν ἐν Μαλθακοῖς Κρατίνου παρεφύλαξες Σύμμαχος.

hodie vix sciri potest. Quae enim eius fragmenta a grammaticas pertinentia supersunt, omnia praeter (vid. frg. 60) in commentariis videntur sedes habuas. Sed unum fragmentum, ubi de subscripto ac cum neque lexico neque commentariis inseri possit, babile est hoc esse referendum. Atque si invenimus teres grammaticos, qui περὶ ὀρθογραφίας scripserint subscripto singulari industria quaerere solitos esse, est cur non περὶ ὀρθογραφίας accipiamus scripsisse phroditum?

huic ὡς λέγει Ωρος. Aliis quoque nostri grammatici scriptis Orum usum esse et inde paucas eorum in etymologicis asservatas explicationes haustas esse exemplum habemus luculentissimum in vocis ἀπότροτος explicatione (frg. 51), ubi in Et. Gud. et Lex. Angel. adscripta sunt haec: οὗτως Ἐπαφρόδιτος ἐν ὑπομνήσει (sic) ἀσπίδος Ἡσιόδος, in magno autem etym. his ipsis verbis omissis nunc legitur οὗτως Ωρος. Unde colligere licet in multis Et. magni notationibus, quae nunc Ori nomen prae se ferant, Epaphroditii doctrinam latere, quae quidem latebit, nisi forte ad hanc aperiendam aliunde subsidia, quibus nunc caremus, accident.

Ad hoc lexicon componendum fonte utebatur uberrimo Didymo, id quod praeter fragm. 12 etiam vocis ἀσκωλιάζειν notatio (fragm. 6) luculenter nos docet. Quae enim verba κυρίως γὰρ ἀσκωλιάζειν λέγεται τὸ ἐπὶ ἀσκῶν ἄλλεσθαι ex Epaphroditii lexico desumpsit Orus, ex Oro etymol. mg., eadem scholiasta Aristoph. (Plut. v. 1129) ut a Didymo profecta affert nonnullis amplificata: κυρίως δὲ ἀσκωλιάζειν ἔλεγον τὸ ἐπὶ τῶν ἀσκῶν ἄλλεσθαι ἐνεκα τοῦ γελωτοποιεῖν. ἐν μέσῳ δὲ τοῦ θεάτρου ἐτίθεντο ἀσκούς πεφυσημένους καὶ ἀληλιμένους, εἰς οὓς ἐναλλόμενοι ὠλίσθανον καθάπερ Εἴβοντος ἐν Δαμασκείᾳ φρσὶν οὕτως.

— καὶ πρός γε τούτοις ἀσκὸν ἐς μέσον
καταθέντες εἰσάλλεσθαι καὶ καγχάζετε
ἐπὶ τοῖς καταρρέοντιν ἀπὸ κελεύσματος.

οὕτω καὶ Αἰδίνιος. Fontem suum quin maximam quidem partem ut in vocis κάνναθρον notatione Epaphroditus nominaverit, non est cur dubitaverim, sed saepe Orus, saepius fortasse etymologus unum auctorem apposuisse satis duxerunt ac plurimum quidem Didymi ut maioris auctoris nomen solum adiecerunt.

Ex hoc igitur libro fluxerunt ut puto hae glossae: Ἀρέθονσα, ἀρέσαβάν, ἄρσην, ἀσελγαίνειν, ἀσκαλαβάτης, ἀσκωλιάζειν, ἀσπάλαθος, βάκηλος, βαλανεῖον, δείπνος,

2.

Et. m. p. 148, 52 Ἀρραβών — ἡ παρὰ τὸ ῥαβός, ῥαιβών. καὶ προσθήκη (προσθέσει V. Sorb., ἐμπροσθέσει Gud.) τῆς α στερήσεως [μετὰ πλεονασμοῦ τοῦ ρ Gud.] καὶ ἀποβολῆ τοῦ ι, ἀρραβών, ὁ μὴ συγχωρῶν ῥαιβὴν γενέσθαι τὴν πίστιν τῶν συναλλατότων. Οὕτως Ἐπαφρόδιτος.

Eadem et. Gud. et Zonarae lexicon omisso tamen Epaphroditō auctore.

Hanc glossam ad Menandrum spectare etymologicum indicat versibus adiectis:

μικροῦ μὲν ἀρραβώνα με

ἐπεισεν εὐθὺς καταβαλεῖν (frg. CCXXIII ap. Mein.).

Et. Gud. p. 81, 5 Ἀρσην, ἀπὸ τοῦ ἄρδων καὶ μέλλοντα τοῦ ἄρσην (leg. cum Sorb. μέλλοντος τοῦ ἄρδων ἄρσην vel τοῦ μέλλοντος ἄρσων ἄρσην), δὲ ἄρδων τὴν θήλειαν τῇ γονῇ. Ἐπαφρόδιτος δὲ παρὰ τὸ ἄρσην πρακτικὸς γαρ (leg. ἄρσαι). Πρακτικὸς δὲ ducē codice Paris. ap. Bekk., qui praebet ἄρσαι. Πρακτικῶς δὲ λέγεται δὲ ἄρσην κατὰ διάλεκτον, καὶ εἴτε μολογεῖται παρὰ τὸ ἔρδων, οὐδὲ δὲ πρακτικός. Οὕτως Ἡρωδιανὸς ἐν τῷ περὶ γάμου καὶ συμβιώσεως.

Totum locum transcripsi, quo facilius, quae sit Epaphroditī, quae Herodiani doctrina, cognosci possit. Apparet enim duas vocis ἄρσην origines in Etymologico datae esse, quarum altera eam a verbo ἄρδειν altera atque Herodiani quidem ab ἔρδειν derivat. Prioris autem duo derivandi modi sunt, alter a futuro ἄρσειν alter, cui facit Epaphroditus, ab aoristo ἄρσαι. Neque vero verba πρακτικός — διάλεκτον ad Epaphroditī sententiam pertinet possunt, sed ad alteram tantummodo Herodiani. Itaque

post ἄρσαι interpretingendum et δὲ pro γὰρ legendum est.
— Quam praebet etymologiam Epaphroditus, ea repetitur
in sequenti etym. Gud. notatione: “Ἄρσην, παρὰ τὸ ἄρσατ,
δέ δοτι ποτίσαι, τοῦτο δὲ διὰ τὴν γόνην ἄρσω, ἄρσην.” ean-
demque agnoscit Aelius Serenus, Philonis περὶ πόλεων
librorum epitomator, apud et. m. s. v. Ἀρσινόη — ἄρσαι γὰρ
τὸ ποτίσαι. ἀφ' οὗ καὶ ἄρσην δὲ τὴν γυναικα ποτίζων τῇ
ποροῇ. οὕτω Σερήνος (Σερῆνος Kul.) ἐν τῇ ἐπιτομῇ τῶν
Φιλωνος.

4.

Et. m. p. 152, 48. Ἀσελγαίνειν — Ἐπαφρόδιτος
δὲ παρὰ τὸ λέχος, λεχαίνειν, τὸ λέχους ἐπιθυμεῖν
καὶ κατὰ τροπὴν λεγαίνειν (ἐνθει Ἀρχίλοχος „λέγαι
(λέχαι Ζοναρ.) δὲ γυναικες“ ἀντὶ τοῦ ἀκόλαστοι)
πλεονασμῷ ἔλεχαίνειν [καὶ συγκοπῇ τοῦ ε addit Sturz.]
καὶ συνθέσει τῆς α ἐπιτάσεως καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ
ἀσελγαίκειν.

Eadem fere Zonaras, sed omisso Ἐπαφρόδιτος nomine.
Verba ἐνθει — ἀκόλαστοι non sunt nostri grammatici, sed
ab etymologici auctore apposita; Zonaras iis interpositis
ad Epaphroditii explicationem revertitur hisce verbis: λε-
γαίνειν οὖν, καὶ πλεονασμῷ κ. τ. λ.

5.

Et. m. (cod. Paris. 2630 ap. Bekk.) s. v. Ἀσκα-
λαβώτης; ζωύφιον ἐοικὸς σταύρῳ, ἐν τοῖς τοίχοις ἀνέρ-
πον τῶν οἰκημάτων. παρὰ τὸ ἀκαλῶς τὸ ἡσύχως
καὶ (μετὰ coni. Sturz.) τοῦ βῶ βῆματος, ἀκαλαβώτης,
καὶ πλεονασμῷ τοῦ σ [ἀσκαλαβώτης]. ἦ δότι ἀσχάλ-
λουσα τῇ Δημότῃ ἐπεβόησεν ἢ μήτηρ αὐτοῦ (ἢ Δη-
μάτηρ ἐπεβόησεν ἢ μερ αὐτοῦ ap. Cram. Anecd. IV.
p. 20), ἀσχαλαβώτης, τροπῇ τοῦ χ εἰς κ [ἀσκαλαβώ-
της] add. ex Gud.] οὕτως Ἐπαφρόδιτος.

Priorem partem et. Gud. p. 84, 10 et Lex. Angel. p. VI (ed. Ritschel. in lect. catal. Bonn. 1846—47) mutilatam habent, sed in altera parte, quae est Epaphrodit*i*, cum et. m. consentiunt. Pro τῇ Δημήτρῃ ἐπεβόησεν ἡ μήτηρ legendum putat Bekkerus τῇ Μίσμῃ ἐπεβόησεν ἡ Δημήτηρ. — Glossa spectat fortasse ad Aristoph. Nubb. 170.

6.

Et. m. p. 155, 35 Ἀσκωλιάζω. ἀσκωλιάζειν ἔστι τὸ ἵστασθαι ἐφ' ἐνδὲ ποδὸς ἐφαλλόμενον ἡ στερούμενον τῶν κατὰ φύσιν. Εἰρηται παρὰ τὸ σκῶλον, ὃ ἔστι σκόλοπα, τὸ (sic. St. pro τῷ) ἐν ποδὶ ἄλλεσθαι ἀπὸ τῶν πατούντων σκόλοπα καὶ χωλευόντων. ὅπερ Ἐπίχαρμος ἐν Πέρσαις σκωλοβαδίζειν (sic Grasberger. pro σκωλοβατίζειν) φησί. Σκωλιάζειν οὖν καὶ κατὰ πλεονασμὸν ἀσκωλιάζειν. Τινὲς δὲ οὐ πλεονασμὸν ἴγοῦνται τὸ α, ἄλλὰ παρὰ τὸν ἀσκὸν γεγονέναι (Sic Grash. pro γέγονε. — λέγουσι γεγονέναι V.). Κυρίως γὰρ ἀσκωλιάζειν λέγεται τὸ ἐπὶ ἀσκῶν ἄλλεσθαι. Οὕτως Ἐπαφρόδιτος.

Hunc locum, de quo iam supra dixi (p. 11), transcripsit Phavorinus in Eclog. ap. Dind. Gramm. Gr. vol. I. p. 126, 17) omisso Epaphrodit*i* nomine. Cui noster significationi favet, hanc esse propriam docent et ipsi Eustathius ad Hom. Od. x 47 (p. 1646, 20), cf. ad § 463 (p. 1769, 46), Hesychius s. v., Harpocration (cod. Marc.) p. 37, 20 ed. Bekk. Philemon p. 276 ed. Osann. Schol. Arist. Plut. 1130, unde Suidas s. v. ἀσκὸς Κτησιφῶντος. Schol. Plat. Symp. c. 15 (p. 190 D). Schol. Hes. Opp. 366. Eandem commemorat Pollux IX, 121 ed. Bekk. Huc etiam pertinet Virgilii illud ‘unctos saliere per utres’ (Georg. II, 384) et Hygin. Poet. astron. II, 4. — Nonnisi priorem etymologiam vide apud Tim. Lex. Platon. p. 52a. Phrynicum

in Bekk. Anecd. Gr. I. p. 24, 15. Synag. λέξ. χρησμ. in Bekk. l. l. I. p. 452, 18. cf. Poll. II, 194.

7.

Et. m. s. v. Ἀσπάλαθος, εἰδος ἀκάνθης. Νίκανδρος (leg. Θεόκριτος St.)¹⁾. ‘Ἐν γὰρ ὅρει ῥάμνοι τε καὶ ἀσπάλαθοι κομέονται’ (Theocr. Id. IV. 57). Παρὰ τὸ σπῶ, σπάλαθος καὶ ἀσπάλαθος. Οὕτως Ἀμάραντος εἰς τὸν Θεόκριτον²⁾). Ἐπαφρόδιτος δὲ παρὰ τὸ σπαλιεύειν ἐτυμολογεῖ, ὃ ἔστι ξύειν.

Verba οὗτως — ξύειν Bekkerus excerptis e cod. Paris. Eadem leguntur apud et. Gud. p. 84, 26 et lex. Angel. p. VII R., quae post ξύειν addunt ἵν' ἢ σπάλαθος καὶ ἀσπάλαθος (ἀσπάραθρος Gud.).

8.

Et. m. s. v. Βάκηλος — Ἐπαφρόδιτος δὲ (Sic recte rest. Gaisf.) τὸν αἰδοῖον μὴ ἔχοντα (sc. βάκηλόν φησι). κήλων γὰρ τὸ αἰδοῖον ἔνθεν (ὅθεν V.) καὶ κήλων δ ὄνος δ συνονοσιαστικός, ἵν' ἡ ἀκηλος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ βῆτα, βάκηλος, ὡς ῥόδον βρόδον.

Eadem significatio legitur in Λέξ. ὁητορ. ap. Bekk. Anecd. Gr. I. p. 222, 4: Βάκηλος δ κατὰ θεοῦ μῆνιν ἀπόκοπος. Phryn. Epit. s. v.: Βάκηλος — σημαίνει γὰρ δ βάκηλος τὸν ἀποτεμημένον τὰ αἰδοῖα, δν Βιθυνοί καὶ Ἀσιανοί Γάλλον καλοῦσιν.

9.

Et. m. p. 186, 2 Βαλανεῖον — Ἄλλ' ἔστιν εἰπεῖν,

1) Nomina propria haud raro in Etymologicis permutata esse multis exemplis docuit Gaisf. ad Hesiod. Theog. 709.

2) Sic Et. Gud. eademque iam Bast. (comment. pal. p. 806 ed. Schaeff.) restituit pro εἰς τὸ Θεόκριτος.

quem Orum esse alterum ipsum nomine apposito indicat, alterum, quominus accipiamus, non obstat.

Quaeritur nunc, num alia quoque carmina Hesiodea commentariis noster illustraverit. Ne in his quidem scho-liis partim ex commentariis antiquissimorum grammaticorum ductis vestigium inveni ullum. Iuvabit hic Muetzellii (de emendatione Theogon. Hesiod. p. 291) verba transcripsisse: 'Contra Hieronymum et Epaphroditum, non ignobilis memoriae grammaticum, quos in Scutum Herculis commentatos esse¹⁾ comperimus ex Etym. Gud. p. 36, 13 sq. p. 69, 46 et Parisino apud Ruhnk. epist. crit. I. p. 104 et Bekk. ad Etym. m. p. 724, ecquis aequali studio Theogoniam pertractasse asseveret, ea fretus ratione, quod Aristarchus, Crates, Seleucus, alii, omnium simul curam suscepint. De his aliisque rebus similibus, nisi mirum quantum adacta veterum grammaticorum notitia, nihil certi definiri poterit, igitur nunquam fortasse.'

Hypomnema in Callimachi *Aitia*.

Atque etiam *Aitia* Callimachi, opus γνωμάσιον εἰς ἔξιγησιν γραμματικῶν a Clemente Alexandrino (Stromat. V. p. 271) appellatum Epaphroditus ingenii studiorumque suorum sibi sumpsit palaestram. Quo commentario si ex perpaucis quae supersunt horum studiorum speciminibus colligere quidquam licet, non tam difficilia verba et ab usu remota videtur sectatus esse, quam id potius curasse, ut mythologicas res geographicasque indagaret atque exponeret. Quid? Natura ipsa ac ratio carminum illorum

1) De Hieronymo quidem errasse virum doctum puto, cum Hieronymus cum Epaphroditio in fragm. 2 coniunctus alias intelligendus non sit, quam Rhodiū ille, philosophus Peripateticus, ex cuius historia (Ιστορικὰ ὑπομνήματα Athen. XIII, 557 E. 604 D. τὰ σποράδην ὑπομνήματα Diog. Laert. I, 26) illud de leonis cauda verisimile est nostrum deprompsisse.

nonne id desiderabat? in quibus poeta, ut satis constat, reconditas saepe fabulas paucissimis verbis attigerat, de multis terris oppidisque egerat, hoc potissimum secundo libro, qui urbium origines, illud quarto, qui sacra publica omnemque deorum cultum pertractavit¹⁾). Neque vero ita sui dissimilis esse poterat, ut etymologicas res, quibus haud parvam in aliis commentariis nostrum operam navasse vidi mus, in hoc prorsus negligeret. Cuius rei exempla habes frgm. 53 et 58 atque haec quidem haud minus vilia ac levia, quam plurima huiusmodi ex ceteris eius scriptis deprompta.

Hunc praeter Homericos commentarium Stephanus Byzantius usurpavit, quem affert s. v. Αἰτία (vid. frg. 55). Itaque cum alias nostri scripta a Stephano compilata non videamus, non errabimus, si vocum illarum explicaciones, quae in commentariis eius Homericis locum habuisse non

1) Sequor hic Schneiderum (Prolegom. in Callim. *Aitia*. Goth. 1851), quo etiam in disponendis Callimachi fragmentis duce utor. Argumentis, quae v. d. attulit, ut *Aitia* doceret, ab Elegiis Callimachi non diversas fuisse, hoc unum addiderim, ex quo id certe appareat compluribus ex carminibus librum quemque constitisse. In Et. m. p. 160, 32 vocis Ἀστυρον explicationi haec verba apposita sunt: οὐτε Θέων ἐν ὑπομνήματι τῶν τοῦ β' αἰτίου. In hoc multi et docti viri offendrerunt alii ἐν τῷ ὑπομν. τοῦ β' alii alia mutantes. Equidem mutandum quidquam esse nego, sed intelligendum τῶν τοῦ β' αἰτίου ποιημάτων s. ἐλεγειῶν. Nam si complura quisque liber carmina comprehendit, recte dici poterat ὑπόμνημα τῶν τοῦ β'. Quocum altera eiusdem Theonis commemoratio consentit (p. 207, 46): Οὐτω Θέων ἐν ταῖς ὑπομνήμασι τοῦ α' αἰτίου Καλλιμάχου, ut certe dici non poterat nisi singuli libri complura carmina continuerunt, quae Theon commentariis illustraverat ita ut quasi complura ὑπομνήματα ad unum librum scripsisset. Priori quoque loco ὑπομνήμασι mutemus necesse non est, cum iidem commentarii ut totum singulari numero ὑπόμνημα dici possint; ita enim Epaphroditu nonnisi ὑπόμνημα citatur.

possunt, ex hoc depromptas putamus, dico *Αἴγαστην* et *Αἰδηψον* (fragm. 56 et 57).

Ἐστιγῆσις εἰς Πίνδαρον.

